

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes: item de eodem die

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

& ipsum beatissimum marce-
rem proflamma quam pertulit
apud omnipotentem dñm incor-
rupte lucis illuminatione fulgere.

**ITEM DE EODEM DIE
LIC SCLIVIA SIE IOHAN.**

In illo tempore. **D**ixit ih̄s discipulis
suis. Amen amen dico uobis.
nisi granum frumenti cadens
interram mortuum fuerit. ipsū
solum manet. & reliq̄.

Lxxviii

**OMELIA LECTIO NIS II
VSDIEM BEATI AUGUSTI
EPISCOPI.**



AMEN AMEN

dico uobis. nisi
granum fru-
menti cadens
interram mor-
tuum fuerit.
ipsum solum

manet.

Si autem

mortuum fuerit. multum
fructum adfert. **S**e autem
dicebat. ipsum erat granum
mortificandum. & multiplicandum.

Mortificandum infidelitate iude-
orum. multiplicandum fide
populorum. **I**am uero exhor-
tans ad passionis suae sectanda
uestigia. qui amat inquit ani-
mam suam perdet eam.

Quod duobus modis intellegi potest.

Qui amat perdet. **I**dest si amas.
perde. **S**icut si uitam tenere
in xpo. noli mortem timere pro xpo.

Item alio modo. **Q**ui amat ani-
mam suam. perdet eam.

Noli amare. ne perdas. **N**oli ama-
re. in hac uita. ne perdas in ae-
terna uita.

Hoc autem quod
posterior dixi. magis habere
uidetur sensus euangelicus.

Sequitur enim. **E**t qui odit
animam suam. in hoc mundo. in
uitam aeternam. custodit eam.

Ergo quod supra dictum est. qui
amat. sub intellegitur in hoc
mundo. ipse itaq; perdet.

Qui autem odit utiq; in hoc mundo.
in uitam aeternam ipse custodit
eam.

Magna & mira senten-
tia. quem admodum sit homi-
nis in animam suam amor. ut
pereat. odium ne pereat.

Si male amaueris. tunc odisti.
si bene oderis. tunc amasti.

Felices qui oderunt custodiendo.
ne perdant amando. **S**ed uide-
ne tibi subrepat. ut te ipsum uelis
interimere. sic intellegendo.

quod deus odisse in hoc mundo ani-
mam tuam. **H**inc enim quida
maligni atq; peruersi. & in semet
ipsis crudeliores & sceleratiores
homicidae. flammis sedonant.
aquis prefocant. precipitio con-